



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio II. De distributiones quotidianis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

S E C T I O II.

De distributionibus quotidianis.

Qua sint, & dicantur distributiones quotidianæ, & quomplexes, & ex quibus bonis deduci debeant?

Distributiones quotidianæ, propriè loquendo, sunt illa portiones reddituum Ecclesiasticorum, quæ distincta à præbendis, sive fructibus grossis beneficiis, quotidie distribui solent illis, qui Divinis officii intersunt, & ab aliquibus beneficia manualia, virtualia, aut presentia dicuntur, sive deinde in certis mensuris frumenti, vini pecunie solvantur, &c. Quamvis enim in quibusdã Ecclesiis nullæ præbendæ, seu fructus grossi habeantur, sed fructus omnes in communi reponantur, & ex illis, singulis diebus, certa portio Canonico cuilibet, qui Divinis interest, detur, propriè tamen loquendo de his portionibus intelligi non debent, quæ de distributionibus quotidianis statuuntur, cum in talibus Ecclesiis tales in singulos dies distributæ portiones, præbendæ potiùs rationem habeant (ne Canonici sit sine præbenda) quàm distributionum quotidianarum, à præbenda distinctarum: & hinc etiam, quia, quæ de distributionibus his quotidianis statuuntur, intelligi non debent de fructibus grossis, seu præbenda, potest alicui per privilegium competere, ut absens etiam fructibus (grossis) sui beneficii frui possit, non tamen distributiones quotidianæ huic etiam absenti debentur; & potest quis

privari fructibus sui beneficii, vel certis illis non gaudere, cui tamen concedatur distributiones quotidianæ, &c. Deduci autem debent distributiones in quotidianæ juxta novum decretum Tridentini (quod tamen non ubique receptum videtur) si vel nullæ sint in Ecclesia aliqua Cathedrali, aut Collegiata, vel ita tenues, ut facillè negligantur, ex quibuscunque proventus, & obviantur tam Dignitatum, quàm Canonice Personatum, & officiorum, (ita ut certia pars talium fructuum separetur, & distributiones quotidianas convertatur) si residentiam talia beneficia regunt, & in illis Ecclesiis existant, de quarum distributionibus agitur.

§. II.

Quibus distributiones quotidianæ dari debeant, & ex quibus causis non absentes illas percipere possint?

Quòd de jure communi illius tantum Ecclesiæ Canonici, ac Beneficarii hæc quotidianæ distributiones dari debeant, qui in loco talis Ecclesiæ tantùm morantur, sed divinis etiam talis horis intersunt officii, proprie dantur distributiones, nisi à præbenda in divinis officii necessitas illos compellat, iuxta, & rationabilis, vel infirmitas vel Ecclesiæ illius evidens utilitas excuset, ex c. Unico b. t. in 6. par. 1. & quoniam hujus capituli constitutio approbata etiam à Tridentino, & in eum referri jubeatur sess. 24. c. 12. de refer. talibus obstantibus quibuscunque conluentibus, & statutis, quia tamen præcisè talium Ecclesiarum Cathedralium plures contraria, potest meritò dubitari, unde

constitutio hæc in isto rigore recepta sit, ut consuetudines & statuta aliter circa distributiones has disponant, uti & circa portiones funerales, quæ in anniversariis defunctorum, septimo, & trigesimo, & ipso etiam depositionis die dantur, & distributionibus quotidianis à jure æquiparantur, valida non sint; & hinc tutâ conscientiâ etiam hæc distributiones retineri possunt, si ex consuetudine alicujus Ecclesiæ absentibus etiam dentur.

§. III.

Alia quedam quæstiones circa distributiones quotidianas proponuntur, & resolvuntur.

Præterq; hujus §. quæstiones à consuetudine magis in Ecclesia qualibet receptâ, quàm ex jure decidi debet, quæ proinde consuetudo attendi semper debet, & observari; independenter tamen ab hac

Quæritur primò, pro quibus horis assignari debeant hæc distributiones? R. nihil quidem specificè de hac quæstione decidere jura, conformius tamen illi videtur, si Glossam attendas, ut pro singulis horis, & Missa conventuali eæ assignentur, inter præsentibus, æqualiter, quantum conditio personarum patitur, dividendæ. *Gloss. in Clement. 2. V. certis horis. de arate & qualitate Eccl. Gloss. in cit. c. uni. V. ordinationem h. t. in 6. Eccl.*

Quæritur secundò, utrum ad lucrandas has distributiones non sola præsentia Canonicorum v. g. in divinis illis officiis requiratur, sed ut ipsimet etiam in choro cantent, & psallant &c. R. requiri hoc quidem spectato jure communi, & Tridentino (saltem ut integras distributiones lucentur) quia dantur distributiones

non ratione solius præsentis, sed ob laborem, & officium psallendi, aut quod in choro exercent, aliud tamen videtur consuetudo in pluribus Ecclesiis induxisse.

Quæritur tertio, an duplices distributiones recipere possit, qui in eadem Ecclesia v. g. duo beneficia habet, quibus distributiones dantur, Archidiaconatum v. g. simul & Canonicatum. R. affirmativè, modò exercitium unius non repugnet cum altero, cum enim duplici munere fungatur talis, & intersit divinis officiis, propter quæ distributiones dantur, ut Archidiaconus v. g. & Canonicus, duplices distributiones recipere potest, prout colligitur etiam *ex c. cum olim 12. de sent. & re judi.*

Quæritur quartò, utrum aliis præsentibus accrescant illæ distributiones, quas alii ob absentiam amittunt. R. affirmativè *cum Gloss. in Clement. 2. V. pars dimidia. de arate & qualitate Eccl. & Glossa, in Clementi. 2. V. suspensus de vita & honestate Clerico.* si tamen de distributionibus communibus sermo sit: quæ enim distributiones ex specialibus quarundam dignitatum, aut officiorum fructibus detractæ fuerunt, fabricæ Ecclesiæ, vel alii pio loco applicandæ erunt, juxta Trident. *sess. 22. c. 3. de reformati.*

Quæritur quintò, utrum absentes distributiones has retinere possint; quas ob absentiam non lucrantur, si alii præsentibus has eis remittant, & donent. R. negativè, non tantum ob *cit. c. unicum h. t. in 6.* sed ob Trident. maxime, quod *sess. 24. c. 12. de refor.* expressè statuit: Distributiones à talibus non recipiendas, quavis collu-

collusione, aut remissione exclusâ: nisi reddonare quasi illis, qui abfuerunt, in
 Vellent præsentibus, distributiones tales, in tali casu nulla collusio, aut remissio
 Quas jam acceperunt, & acquisiverunt, terveniatur.

TITVLVS V.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS

SECTIO I.

*De Beneficiis seu præbendis
 in communi & de necessaria su-
 stentatione vite Cleri-
 corum.*

§. I.

*Quid sit præbenda seu beneficium
 Ecclesiasticum?*

Præbenda spiritualis, in genere lo-
 quendo, est jus quoddam percipiendi
 redditus seu proventus Ecclesiasticos, ratione
 Canonice aut alterius spiritualis officii; &
 hinc dupliciter accipi potest; specificè &
 strictè pro præbenda Canonici annexa,
 prout accipitur in c. Cum M. g. de consis.
 vel genericè & latè pro omni beneficio
 Ecclesiastico, saltem inferiore, prout acci-
 pitur in c. pen de V. S. quæ est etiam ac-
 ceptio hujus rubricæ, de præbenda ergo
 hoc modo accepta, sive de beneficio
 Ecclesiastico quæritur in hoc §. quid
 sit &

*Re. Beneficium Ecclesiasticum esse,
 Jus perpetuum, percipiendi redditus ex bo-
 nis Ecclesiasticis, propter aliquod servi-
 tium Spirituale, auctoritate Ecclesiæ con-*

*stitutum. Triâ enim in beneficio Eccle-
 siastico distinguenda sunt; primum est
 officium seu obligatio ad præstandam
 rituales functionem aliquam, adhibe-
 v. g. Canonicas dicendas, ad adminis-
 tranda Sacramenta, ad concionandas
 &c. & hoc non tam beneficium, quàm
 fundamentum beneficii est; & hinc
 tur dari beneficium propter officium.
 Secundò jus percipiendi redditus, et hoc
 Ecclesiasticis propter officium spirituale
 in quo propriè consistit beneficium
 non quidem quasi jus illud ad tempo-
 les redditus in se, & formaliter quod
 spirituale sit, sed quia spirituale est
 suo fundamento, & radicaliter, in
 quo oritur jus hoc, inseparabiliter
 illi officio spirituali annexum. Tertio
 sunt ipsi redditus, qui ex bonis Ecclesiasticis
 eis proveniunt, in se tantùm temporales
 & qui instar aliarum rerum temporales
 distrahi possunt. Dicitur autem
 beneficium esse, jus perpetuum, quod
 non tantùm ad tempus, sed in Trinitate
 perpetuum datur beneficiario, apud eum
 manens, quamdiu vivit, nisi propter
 lictum illo privetur, aut per renuntia-
 nem spontaneam eo se abdicet; Et quæ-
 vis hæc actualis perpetuitas de natura be-
 neficii fortasse non sit, cum non tantum
 Pop*